UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consultatio Canonica De Coadjutoriâ perpetuâ. Sive Methodus Rite Procedendi in Coadjutoriis

Arnoldus <a Sancto Leonardo>

Moguntiae, 1695

Ad Lectorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63366

Visual Library

Ad Lectorem.

HAbes in hoc opuſculo, benevole Lector, epitomen eorum quæ Cardin. Tuſch. Card. de Luca, Barboſa, Fagnanus, Garzias, Remouchamps, & de Matta ſparſim tradunt de Coadjutoriis, ſpeciali occaſione mihi, alioqui aliis potiſſimum intento, oblatâ, in hanc clariorem methodum ſuccinctè digeſtam; in qua ſingulis capitibus argumenta ſeu ſummaria præfixi, loco indicis, ut materiarum ſede, primo aſpectu, ob oculos poſitâ, videas, num quid tibi conducere exiſtimes; menda igitur occurrentia benignè emenda, & vale: dum hæc epigrammata ſubnecto,

Ad Zoilum
Titulum libelli vellicantem:

Quid ſtas præ foribus? cœco quid murmure comples
Limina? tecta ſubi: vel citò vade vias.

Ad eundem.

Candidam hanc præſationem ſuggillantem.

Si ſimiles verſus aliis ſint forte libellis;
  Dices: *Non horto flos venit ille tuo.*
Sint muſæ teſtes, Judex ſit & æquus Apollo:
  Ex horto potius flos venit ille meo.

Ad eundem.

Pleraque lividè carpentem.

Diverſis diverſa placent; quod amaverit unus,
  Oderunt alii; nemo cuique placet.

Elen-